N. 5

IL
234

LIVRO
DA
ESTAÇAM
DAS
ALMAS.

COMPRA

313576

IL
234

uc51041260

RESPONSORIO
no Coro.

PAucitas diérum meórum finiétur brevi. * Dimítte me Dómine ut plangam paululùm dolórem meum antequàm vadam ad terram tenebróſam, & opértam mortis calígine.

℣. Ecce in púlvere ſedeo, & in púlvere dórmio, & ſi mâne me quæſíeris, non ſubſiſtam. * Dimítte.

Kyrie eleiſon. P.N. Et ne nos.

℣. Sacerdótes tui induán-

tur juſtitiam.

℟. Et Sancti tui exúltent.

Orémus.

DEus, qui inter Apoſtólicos Sacerdótes famulos tuos Pontificali ſeu Sacerdotáli fecíſti dignitáte vigêre : præſta, quæſumus, ut eórum quoquè perpetuo aggregéntur conſórtio. Per Chriſtum Dóminum &cª. A

1ª

QUADRA.

QUi Lázarum reſſuſcitáſti à monuménto fætidum.

Tu eis Domine dóna requi-

em, & locum indulgéntiæ.
℣. Qui ventúrus es judicáre vívos, & mortuos, & ſæculũ per ignem. * Tu eis Dñe. *
Kyrie eleiſon. P. N. Et ne nos.
℣. In memória ætérna erit juſtus.
℟. Ab auditióne mala non timèbit.

Orémus.

Omnipotens ſempiterne Deus, cui nunquàm ſine ſpe, & miſericórdia ſupplicátur, propitiáre animábus famulórũ, famulárum que tuarum, ut, qui de hâc vita in tui nóminis confeſſióne diſceſſérunt,

Sanctórum tuórum núme-
ro fácias aggregári. Per Chri-
ſtum Dominum noſtrũ. Amẽ

iiª

QUADRA.

CRedo. quod Redẽp-
tor meus vivit, & in
noviſſimo die de ter-
ra ſurrectúrus ſum.
* Et in carne mea vidêbo
Deum Salvatórem meum.
℣. Quem viſúrus ſum ego ip-
ſe, & non álius, & oculi mei
conſpectúri ſunt. * Et in.
Kyrie eleiſon. P.N. Et ne nos.
℣. Ne tradas beſtiis ánimas
confiténtium tibi.

℟. Et animas pauperum tuórum ne obliviſcáris in finem.

Orémus.

DEus, qui nos patrē, & matrem honoráre præcepiſti, miſerére clementèr animábus paréntum noſtrórum, eórum que peccáta dimítte, nos que eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidêre. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

iiiª

QUADRA

HEu mihi Dómine, quia peccávi nimis in vita mea, quid

faciam miſer, ubi fúgiam, ni-
ſi ad te Deus meus?

* Miſerére mei, dum véneris in noviſſimo die.

℣. Ánima mea turbáta eſt valde, ſed tu Dómine ſuccúrre ei. * Miſerére.

Kyrie eleiſon. P.N. Et ne nos.

℣. Audívi vocem de cœlo dicéntem mihi.

℟. Beáti mórtui qui in Domino moriúntur.

Orémus.

DEus véniæ largítor, & humánæ ſalútis amátor, quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ Congregatiónis Fratres, Pro-

pínquos, & benefactóres, qui
ex hoc ſęculo tranſiérunt, B.
María ſempèr Virgine in-
tercedénte cum ómnibus
Sanctis tuis, ad perpétuę
Beatitúdinis conſórtium
perveníre concédas. Per
Chriſtum Dñm. Amen.

iv.

QUADRA.

NE recordéris pec-
cáta mea Dómine
* Dum véneris ju-
dicáre ſęculum per ignem.
℣. Dírige Domine Dęus
meus in conſpéctu tuo vi-
am meam. * Dùm véneris

Kyrie eleiſon. P. N. Et ne nõs

℣. Requiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Orémus.

Animábus, quęſumus Dómine, famulórũ, famulárum que tuárum orátio profíciat ſupplicántium, ut eas & à peccatis ómnibus éxuas, & tuæ redemptiónis fácias eſſe partícipes. Qui vivis &c. Amẽ.

Entrando para o Coro.

Libera me Domine de morte æterna in die illa tremen-

da. * Quando cœli movē-
di ſunt, & terra. - Dùm vé-
neris judicáre ſǽculum.
per ignem.
℣. Tremens factus ſum, &
tímeo, dùm diſcúſſio vé-
nerit, atque ventúra ira.
Quando cœli movéndi
ſunt, & terra.
℣. Dies illa, dies iræ, cala-
mitátis, & miſériȩ, dies ma
gna, & amára valdè. Dùm
véneris &cª.
℣. Réquiem ætérnā dóna
eis Dn̄e, & lux perpétua lú-
ceat eis.
Líbera me Dómine. *
Kyrie eleiſon. P. N. Etne nos

℣. A porta inferi
℟. Erue Dómine ánimas eórum.

Orémus.

Deus, in cujus miſeratióne ánimæ fidélium requiéſcunt, fámulis, & famulábus tuis, & ómnibus hìc & ubìquè in Chriſto quieſcéntibus, dâ propítius véniam peccatórum, ut à cunctis reátibus abſolútis, tecum ſine fine læténtur.
Per Dominum noſtrum &c.
℣. Requiéſcant in pace.
℟. Amen.

Finis, Laus Deo, Virginiq; M.